

sequatur pharaonem Aegyptiacus exercitus, Israel Deum in columna nubis. Non ergo mirum, quod Pharaonis perditio universos, secum involverit sectatores, & divina protectio in secutum, ac tutamen ducat Israel. Origenes in homil. 16. in Exod. ait: Qui Aegyptius est, & sequitur Pharaonem, ille viriorum fluctibus mergitur, qui vero sequitur Christum, aqua ei murus sunt, ipse autem in media via insequitur per sicum. Ex ductore, quem habes, ad talem exitum devenies.



CAPUT XIII.

- 1. Erant autem in Ecclesia, qua erat Antiochia, propheta, & Doctores, in quibus Barnabas, & Simon, qui vocabatur Niger, & Lucius Cyrenensis, & Manabem, qui erat Herodis Tetrarchae collactaneus, & Saulus.
2. Ministrantibus autem illis Domino, & jejulantibus: dixit illis Spiritus Sanctus, Segregate mihi Saulum, & Barnabam in opus, ad quod assumpsi eos.
3. Tunc jejunantes; & orantes, imponentesque eis manus dimiserunt illos.
4. Et ipsi quidem missi a Spiritu Sancto abierunt Seleuciam, & inde navigaverunt Cyprum.
5. Et cum venissent Salaminam, predicabant Verbum Dei in Synagogis Judaeorum; Habebant autem, & Joannem in ministerio.
6. Et cum perambulassent universam Insulam usque Paphum, invenerunt quemdam virum Magum pseudopropheta, Judaeum, cui nomen erat Bariesu.
7. Qui erat cum Proconsule Sergio Paulo viro prudente. Hic accersitis Barnaba, & Saulo, desiderabat audire Verbum Dei.
8. Resistebat autem illis Elymas magus, (sic enim interpretatur nomen ejus) quarens avertere Proconsulem a fide.
9. Saulus autem, qui & Paulus, repletus Spiritu sancto intuens in eum.
10. Dixit, O plene omni dolo & omni fallacia filii diaboli, inimice omnis justitiae, non desinis subvertere vias Domini rectas.
11. Et nunc ecce manus Domini super te, & eris caecus non videntem solem usque ad tempus. Et confestim cecidit in eum caligo, & tenebra, & circumiens querebat, qui ei manum daret.
12. Tunc proconsul cum vidisset factum, credidit admirans super doctrina Domini.
13. Et cum a Papho navigassent Paulus, & qui cum eo erant, venerunt Pergem Pamphiliae, Joannes autem descendens ab eis reversus est Jerusalem.
14. Illi vero pertransientes Pergem, venerunt Antiochiam Pisidiae, & ingressi Synagogam die Sabbathorum sederunt.
15. Post lectionem autem legis, & prophetarum miserunt Principes Synagoga ad eo dicentes, Viri fratres, si quis est in vobis sermo exhortationis ad plebem dicite.
16. Surgens autem Paulus, & manu silentium indicans ait, Viri Israelitae, & qui timeis Deum, audite.
17. Deus plebis Israel elegit Patres nostros, & plebem exaltavit, cum essem Incola in terra Aegypti, & in Brachio excelso eduxit eos ex ea.

- 18. Et per quadraginta annorum tempus mores eorum sustinuit in deserto.
19. Et destruens gentes septem in terra Chanaan, sorte distribuit eis terram eorum.
20. Quasi post quadringentos, & quinquaginta annos, & post haec dedit Judaeis usque ad Samuel Prophetam.
21. Et exinde postulerunt Regem, & dedit illis Deus Saul filium Cis, virum de tribu Benjamin annis quadraginta.
22. Et amoro illo suscitavit illis David Regem, cui testimonium perhibens dixit, Inveni David filium Jesse, virum secundum cor meum, qui faciet omnes voluntates meas.
23. Hujus Deus ex semine secundum, promissionem, eduxit Israel Salvatorem Jesum.
24. Pradicante Joanne ante faciem adventus ejus baptisimum poenitentiae omni populo Israel.
25. Cum impleret autem Joannes cursum suum, dicebat; Quem me arbitramini esse, non sum ego, sed ecce venit post me, cujus non sum dignus calcamentum pedum solvere.
26. Viri fratres filii generis Abraham, & qui in vobis timeant Deum, vobis verbum salutis hujus missum est.
27. Qui enim habitabant Jerusalem, & Principes ejus, hunc ignorantes, & voces Prophetarum, qua per omne Sabbathum leguntur, judicantes impleverunt.
28. Et nullam causam mortis invenientes in eo, petierunt a Pilato ut interficerent eum.
29. Cumque consummissent omnia; qua de eo scripta erant, deponentes eum de ligno posuerunt eum in monumento.
30. Deus vero suscitavit eum a mortuis tertia die qui visus est per dies multos his.
31. Qui simul ascenderant cum eo de Galilaea in Jerusalem, qui usque nunc sunt testes ejus ad plebem.
32. Et nos vobis annuntiamus eam, qua ad Patres nostros repromissio facta est.
33. Quoniam hanc Deus adimplevit filiis nostris resuscitans Jesum, sicut & in Psalmo secundo scriptum est, Filius meus es tu, ego hodie genui te.
34. Quod autem suscitavit eum a mortuis, amplius jam non reversurum in corruptionem, ita dixit Quia dabo vobis sancta David fidelia.
35. Idemque & alius dicit Non dabis sanctum tuum videre corruptionem.
36. David in sua generatione cum administrasset voluntati Dei dormivit, & appositus est ad patres suos, & vidit corruptionem.
37. Quem vero Deus suscitavit a mortuis, non vidit corruptionem.
38. Notum igitur sit vobis viri fratres, quia per hunc vobis remissio peccatorum annuntiat, & ab omnibus, quibus non potestis in Lege Moysi justificari.
39. In hoc omnis, qui credit justificatur.
40. Videte ergo ne superveniat vobis, quod dictum est in Prophetis.
41. Videte contemptores, & admiramini, & disperdimini, quia opus operor ego in diebus vestris, opus, quod non credetis, si quis enarraverit vobis.
42. Exeuntibus autem illis rogabant, ut sequenti Sabbatho loquerentur sibi verba haec.
43. Cumque dimissa esset Synagoga, secuti sunt multi Judaeorum, & colentium advenarum Paulum, & Barnabam, qui loquentes suadebant

- bant eis ut permanerent in gratia Dei.
44. Sequenti vero Sabbatho penè universa civitas, convenit audire Verbum Dei.
45. Videntes autem turbas Judaei, repleti sunt zelo, & contradicebant his qua a Paulo dicebantur, blasphemantes.
46. Tunc constanter Paulus, & Barnabas dixerunt, Vobis oportebat primum loqui Verbum Dei, sed quoniam repelliis illud, & indignos vos iudicatis aeterna vitae, ecce convertimur ad gentes.
47. Sic enim praecepit Dominus, Posui te in lucem gentium, ut sis in salutem usque ad extremum terrae.

- 48. Audientes autem gentes gavise sunt, & glorificabant Verbum Domini, & crediderunt quot quot erant praordinati ad vitam aeternam.
49. Diffeminabitur autem Verbum Domini per universam regionem.
50. Judaei autem concitaverunt mulieres religiosas, & honestas, & primos civitatis, & excitaverunt persecutionem in Paulum & Barnabam, & ejecerunt eos de finibus suis.
51. At illi excusso pulvere pedum in eos, venerunt Iconium.
52. Discipuli quoque replebantur gaudio, & Spiritu sancto.



ARGUMENTUM.

Saulus, & Barnabas Ierosolymis suo elemosynarum ministerio confecto revertuntur ad Antiochiam, inde Spiritus Sancti imperio mittuntur ad praedicandum gentibus, Saulus in Cypro ad finem adduxit Sergium Paulum Proconsulem, Elymam Magum excavit. Ipse deinde cum Barnaba abeunt Pergem Pamphiliae, & Antiochiam Pisidiae, a Judaeis e Synagoga expulsi, excusso pulvere pedum, ad praedicandum gentibus pergunt.

Act. 13. n. 1. Erant autem in Ecclesia quae erat Antiochia Prophetae, & Doctores, in quibus Barnabas, & Simon qui vocabatur Niger, & Lucius Cyrenensis, & Manabem, qui erat Herodis Tetrarchae Collactaneus.
Num. 2. Ministrantibus autem illis Domino & jejulantibus dixit illis Spiritus Sanctus, segregate mihi Saulum, & Barnabam in opus, ad quod assumpsi eos.

Barnabas, qui dicebatur Joseph, Levites, Cyprus qui habebat agrum, & vendidit, & pretium attulit, & posuit ad pedes Apostolorum, & ob suam magnam virtutem ei nomen Barnabae impositum est, id est filius consolationis, ut patet supra Act. 4. n. 36. 37. vide ibi dicta.
Simon Niger ad distinctionem Simonis Petri dicitur Niger a colore atro, ait Glossa Ordinaria sic ut a flavo appellabatur flavii, ab albo, Albini. à Rufo apud Romanos Ruffini.
Lucius Cyrenensis, qui Cyrenae fuit Episcopus ut de eo scribunt Beda, Ufuardus, Ado, & inter sanctos eum scribit Martyrologium Romanum die 6. Maii.

CUM EXPOSITIONE I.

1. Vers. 1. Cum cognovissent fideles, ut patet ex c. 11. n. 9. pronuntiante Agabo, magnam futuram famem ex Antiochia per Saulum, & Barnabam miserunt subsidium elemosynarum ad fratres in Jerusalem, quo munere expleto reversi sunt in Antiochiam, in qua erant Prophetae, quae futura praedicebant, & Doctores, qui fidem explicabant, & docebant, ita Lyranus.
Vers. 2. Tunc illi jejulantibus, ad omne magnum opus praemittendum est jejunium, & ex hoc loco Ecclesia ante tempora ordinationum instituit jejunia. Dixit Spiritus Sanctus, per internam inspirationem, Segregate mihi Syrus, Secernite mihi & subdit Textus, Imponentes illis manus, de quo quaestione prima, ac de nominibus in his verbis contentis.

QUESTIO I.

De nominibus contentis in quinque prioribus versibus.

Primum Antiochia ab Antiochis Alexandri Magni successoribus, aedificata, extructa, & gubernata, ab eis nomen accepit, sicut & grecum Idio ma, quamvis proprium haberet, scilicet Syrum, utpote Syriae Metropolis illustrissima.

Manabem, de quo sic habet Martyrologium Romanum. 24. Maii. Antiochia S. Manabem Herodis Tetrarchae Collactanei, Doctoris, & Prophetae sub gratia novi Testamenti in eadem urbe persecutis. De eoque agunt eadem die Beda, Ufuardus, Ado, & Petrus de Nata lib. 5. cap. 35. Dicitur Herodis, nempe Antipae, qui fuit filius Herodis Acalonitae, & patrus herodis Agrippae, de quo fit mentio supra cap. 12. n. 1. hic Herodes Antipas per irrisionem Christum veste alba induit, & Joannem Baptistam occidit.
Dicitur Collactaneus herodis, id est lactatus lacte quidem nutricis, ex quo colligitur Lorus, Cornelius Eltius, Menochius Manabem fuisse virum insignem ac illustrem, utpote collactaneum Herodis regis. Sed multa virtute illustratus; nam Theophylactus pro collactaneus legit Educatus, qui cum esset nutritus eodem lacte, & educatus eadem pueritia ac magisterio, nil participavit, ac gustavit de malitia, ac nequitia herodis, sed ab illa omnino purum & integrum se servavit, ut Propheta, ac doni doctor fieret, ut observat theophylactus ibi. Prater hos Manabem qui erat cum Herode educatus, ecce tibi mores uniuscujusque nona pueris & educatio servos facit. Vide enim, ut Herodes quidem pessimus fuerit, Manabem, qui una cum eo educatus fuerat, tantum ab illo mutatus ut etiam minus propheta consecutus sit.
Tres illi sancti pueri mittuntur in fornacem Babylonis ignis ardentis, et si multi sancti operante Divina omnipotentia liberati sunt ab igne, multo excellentio

excellentiore, ac illustriori modo se Deus habuit cum his tribus pueris super ceteros, nam illi colligati injecti sunt in fornacem, sed ignis non eos laedit, imo potius infervivit, ut ligamina combureret, ut expediti potuerint deambulare, Angelus Domini descendit de Caelo ut faceret eis ventum roris flantem ad magnum recreationis levamen, imo ipse rex cum accederet ad fornacem totus admirabundus clamat: Nonne tres compeditos misimus in medium ignis, video quatuor solutos, & species quarum similis Filio Dei. dan. 3. n. 92. Unde tanta excellentia, ut Deus tot, & tantis mirabilibus cum sanctis his pueris se exhiberet cum tantamirabilia super ceteros sit operatus. Recole, quod cum hi sancti pueri cu aliis de semine regio ducti essent in Babyloniā, constituit eis Rex Magistram, ut doceret eos literas, & linguam Chaldaeorum, daniel. 1. num. 4. id est mores Chaldaeorum, a quibus sancti pueri custodierunt se ipsos ne coinquinarentur ab eis, & qui sub eodem doctrina lacte ac sub eadem disciplina forma praeter ceteris se purum & integrum custodit, & servat, & valde mirabiliter magnis prodigijs a deo extollitur, ac sublimatur. d. Isidorus Pelusiota lib. 3. epist. 139. ait Tres illi pueri, ac Daniel curiosam, & supervacaneam Chaldaeorum disciplinam minime didicerunt hinc liquet, quod hic leonibus, illi autem igni venerationi fuerunt.

Daniel. 3. Vbi terra na videntur virtus, daniel. 3.

p. Isidor. Pelusiota

Gen. 25.

Boni a malis separantur, Philo.

QVÆSTIO II.

Quare jejunantes imponunt manus super Saulum, & Barnabam, & quid sit illa manuum impositio?

11. Dixit eis Spiritus Sanctus per internam inspirationem eis, scilicet, prophetis, ac doctoribus, & praelatis, qui erant in Antiochia, Segregate mihi, Syrus, Secernite mihi ad opus, ad quod vocavi eos alii legunt in auxilium, ad quod vocavi eos. Jejunate imponerunt manus super eos. Quæstio igitur inquit quid fieret, seu conferretur per illam manuum impositionem. Prima sententia tenet, quod non fuit actio ordinativa, sed tantum deprecativa; Ita Arias, Cajetanus, Estius Suar. 3. p. tom. 3. disp. 34. sect. 1. & alii. Et ratio est, quia iam Saulus erat ordinatus a Deo Apostolus. Actor. 9. n. 15. & ideo ipse ait ad Galatas 2. n. 6. quod ab apostolis nihil acceperit, similiter de Barnaba suo socio 2. Corinth. 8. n. 19. quod ordina-

12. Prima sententia negat. Arias. Cajetan. Suarius. Estius.

tus, & constitutus socius fuerit suæ peregrinationis. Secunda, & verior sententia est, Saulum, & Barnabam fuisse ordinatos episcopos, imo & presbiteros ab aliis Episcopis, junos ibi D. Petrus ordinavit. Ita hic C. Chryso. d. 140. epist. 8. r. vel juxta aliam editionem 79. Henriques lib. de Sacramento Ordinis. cap. 3. Turrianus lib. 1. de Hiera, Ord. cap. 20. in presenti Lotinus, Cornel Menoch. & alii

Prima ratio est; quia ex nullo alio loco colligitur Saulum, & Barnabam fuisse creatos Episcopos nisi ex hoc loco; nam illud, quod adducitur Actor. 9. num. 15. quod Christus dixisset de eo, Vas electionis est mihi iste, ut portet nomen meum. nihil inde potest colligi ad Episcopatum, nam postea Paulus fuit baptizatus ab Anania, nec etiam pro contraria sententia facit id, quod adducitur ex epistola ad Galatas, ubi ait, Paulus, quod Apostoli, nihil ipsi consulissent, quantum ad doctrinam Evangelicam, quam ipse testatur non accepisse ab hominibus, sed per revelationem Jesu Christi ad Galatas. 1. n. 12.

Secundo Christus Dominus quosdam Apostolos Episcopos ordinavit, & ipsi Apostoli alios Apostolos Episcopos ordinarunt, ut Petrus Jacobum minorem Episcopum Ierosolymorum, ut tradunt aliqui Authores, & exempla adducit Henriques citatus. Tertio, quia ex hoc exemplo disposuit Ecclesia quod ante ordinationum tempus, praemitterentur jejunia, per illa enim animus disponitur ad veram sapientiam, & ad omnia sobrie, juste, ac recte agenda. Philo lib. de victim. ait. In nos admonet temperantia inter omnes virtutes ultissima, pane enim contentus esse potest sectator sapientia habiturus sanum corpus, & mentem sobriam.

Ait David psalm. 62. num. 3. In terra deserta, in via, & in aquosa, sic in sancto apparui tibi, ut viderem virtutem tuam, & gloriam tuam. Vehementissimo desiderio flagrabat David videre gloriam Dei ejusque virtutem, & ad hujus rei fructum contigit se in terra deserta, in via, & in aquosa, in qua nullus erat fructus, nullus cibus, nullumque alimentum, ut ita ipse jejunius tanquam in sublimi sanctuario constitutus (tale enim est jejunium) fieret capax, ac aptus ad videndam gloriam Dei, ejusque infinitam, atque altissimam virtutem. S. Ambros. ad videndum serm. 37. in quadragesima ait. desertum plane quoddam ipsum corpus Christi: ani cum non repletur cibus, non poculis irrigatur desertum, inquam, est corpus nostrum, cum abstinentia marcescit caro sibi pallor obducitur. Nota Tunc Christus Dominus habitat desertum peccatoris nostri cum nostram terram fame squalidam, ac sibi aridam esse reperit, secundum quod ait Propheta sicut in terra deserta, in via, & in aquosa, sic in sancto apparui tibi.

valde dura, & terribilis est illa Dei vox vocantis primum Parentem Adamum, Ubi es Adam? Gen. 3. num. 9. ac si in nullo loco valeat consistere, ut sui delicti poenam audiat; E contra vero valde familiaris & amica ipsius dei vox ad patrem Eliam. Quid hic agis Elia. 3. reg. 19. num. 13. ut inde magnam mercedem recipiat. Unde tanta rei differentia? Adamus erat pastus cibo vetito, Elias quadraginta dierum jejuniis purificatur, & ideo ad magna & sublimia vocatur tertullian. lib. adversus Iulianos sic ait, Cum Elias in speluncam divertisset, quam familiari congressu Dei exceptus est; Quid tu Elia hic? multo amicior vox ista, quam Adam ubi es. hac pasto homini minabatur, illa vero jejuno blandiebatur, tanta est circumscripti virtus prerogativa, ut Deum praestet homini contribundem, parem re vera pari. In his ultimis verbis

13. Secunda affirmat. D. Chryso. d. 140. D. Leo. Henric. Turrian.

14. Episcopus ex hoc loco colligitur. Actor. 9.

Galat. 3.

15. Per jejuniis animi minus disponitur ad magna.

Philo.

16. Psal. 62.

Per jejuniis coheretur homo in sanctuario.

17. Gen. 3.

1. Reg. 19.

Jejunium ad se ad vocat omnes celestes favores. Tertul.

facit Tertullianus allusionem ad Petri verba in Thabor Christo Domino dicentis. Vis faciamus hic tria tabernacula, tibi unum, Moysi unum, Elia unum Matth. 17. num. 4. & quomodo petrus aequaliter offert tabernacula domino; & servus? Jejunium in tantum sublimavit Moysen, & Eliam ad quaedam vestigia quodammodo cum Domino referenda, tanta est circumscripti virtus prerogativa, parem re vera pari. Actor. 13. n. 6. Et cum perambulassent universam Insulam usque Paphum in venerunt quendam virum Magnum pseudopropheta Judæum, cui nomen erat Bariesu. N. 7. Qui erat cum Proconsule Sergio Paulo viro prudente, hic accersitis Barnaba, & Saulo desiderabat audire Verbum Dei. N. 8. Resistebat autem illis Elymas Magus, (sic enim interpretatur nomen ejus) quærens avertere Proconsulem a fide. Num. 9. Saulus autem, qui & Paulus repletus Spiritu Sancto intuens in eum. Num. 10. Dixit: O plene omni dolo, & omni fallacia fili Diaboli, inimice omnis justitiæ, non desinis subvertere vias Domini rectas. Num. 11. Et nunc manus Domini super te, & eris cæcus non videntem solem usque ad tempus: & confestim cecidit in eum caligo & tenebræ, & circuiens quærebat qui ei manum daret. Num. 12. Tunc Proconsul cum vidisset factum, credidit admirans super doctrina Domini.

Math. 17.

Actor. 13.

Num. 9.

Num. 10.

Num. 11.

Num. 12.

18. Syrus.

De nomine Bariesu.

Francisc. Lucas.

19. Syrus.

20. De nomine. Elymas. Sanches Co nel Menoch Tyrin.

Joseph.

Versiones. CUM EXPOSITIONE II.

18. Vers. 6. Et cum perambulassent. Syrus, Cum erultrassent usque ad Paphum Urbem, Cyprii, valde celeberrima carminibus roetarum. Virum Magnum pseudopropheta, qui se ut Simon Magus vocabat, Virtutem Dei & per magicam artem multos ægros sanaverat; Cui nomen erat Bariesu, de quo nomine large, & prolixè Franciscus Lucas, & nomen est, ac Filius Iesu Id est, ac filius; Videtur quod pater hujus Magi, dictus fuisset Jesus, seu Jesus. Vers. 7. Qui erat cum proconsule, qui tanquam Vicarius Consul Romanus administrabat, & gubernabat totam provinciam, Sergio Paulo, a quo & paulus nomen habuit, ut dicam q. sequenti, Viro prudente, Syriacus, Sapiens, ubi est Sapiencia, & prudentia, ibi est desiderium salutis, quod est donum Dei. Vers. 8. Elymas Magus. Videtur esse barbarum nomen, & fortasse Cypreum antiquum significans sua lingua magnum Ita Sanches, Cornelius a lapide, Menochius tyrinus, & forte nomen proprium erat Elymas, quod multi deducunt a verbo Hebreo alani, id est absconder, vel a verbo Græco, quod significat involvere, qui suis magicis artibus multa abscondebant, & involvebant, indeque usurpavit nomen, ut diceretur Bariesu, id est Filius Salvatoris, quia per suas magicas artes docebat salutem, vel quia pater ejus dicebatur Iesu seu Jesus, ut multi erant in Hebræo populo, qui tali nomine dicebantur, ut testatur Josephus.

Vers. 9. Saulus autem, qui & Paulus; Ex hoc loco semper dicitur paulus, ut dicam q. sequenti, Repletus Spiritu Sancto ut ait Lyranus, cuius virtute videbat ea, quæ aliis erant ignota, & occulta, Et intuens in eum ardentibus oculis Dei zelo repletus vers. 10. O plene omni dolo interno in anima. Et omni fallacia externa ad dementandos homines Pagnin. ragninus & Tygurina, Omni verjuria, Arias, omni maleficientia. Syrus, Om. ibi. flagitiis, Tot verba multiplicentur ad exprimentam summam hominis nequitiam. Fili Diaboli, Syriacus, Fili Criminatoris. Arabicus, O fili fraudulenti imitatione operum, ac malorum: Inimice omnis justitiæ, virtutis, probitatis, ac sanctitatis, quæ est in Evangelio, ut statim explicat, Non desinis subvertere vias Domini rectas, Græcus, & Syriacus legunt de futuro, Non desinis. Per quod ostenditur malitia hominis consummata. Subvertere, Tygurina, Invertere vias Domini rectas. Impugnare nempe Evangelium, quæ est salutaris via Domini, quæ recta nos ducit in Cælum.

Vers. 11. Ecce manus Domini super te. Syriacus vindex, ac puniens te. Et eris cæcus, ut poena exterior respondeat cæcitati interiori. Non videntem solem usque ad tempus, temporariam, & non perpetuam cæcitatem illi infixit Paulus, ut poena commensurata resipiscat, Et confestim in eum cecidit caligo, id est in eo instanti, ac momento apprehendit eum cæci as, ut videretur aperte, quod illa poena, ut ait Lyra, non fuerit a causa naturali, sed supernaturali, & caligo, quæ est instar nubis, vaporis, vel nebulae, quæ oculos obnebulat ne videant. Quid est circuiens quærebat, qui ei manum daret, ut ita ejus cæcitas omnibus fieret manifesta.

Vers. 12. Cum vidisset factum. Arabicus, Cum vidisset miraculum ex divina virtute, in testimonium doctrinæ per Apostolos prædicatæ. Credidit admirans. Lucifer Carelat, Cre vidit cum admiratione stupens, quod ubi tanta erat virtus Divina nulla falsitas subesse poterat, Super doctrina Domini, Non dicitur doctrina Apostoli, sed Domini; quia nisi esset Domini, eam ipse tanto miraculo non approbasset.

QVÆSTIO. III.

Quare Saulus dicitur Paulus ex Sergio Paulo baptizato, & aliqua de ipso Sergio notantur?

Dicitur in Textu: Saulus, qui & Paulus. Hic usque semper dicitur Saulus, hic primum vocatur Paulus, quod nomen deinceps ei tribuit Deus Lucas, ex quo apparet, quod occasione Sergii Pauli Proconsulis, ut etiam cum prædicaret ad gentes nomen Hebræum Saulus in Græcum, & latinum Paulus commutavit, ut maxime se gentibus insinuaret, eisque gratior fieret. Aliter Divus Augustinus lib. 8. Confess. cap. 4. ait, Ipse ex prioris Saulo Paulus vocari amavit ob meritum magnam infirmitatem victoriam. Semper Saulus dicitur, at vero Paulo Sergio Proconsule baptizato se Paulum nominari voluit, utpote quod tam illustri homine ad fidem adducto magnam victorie trophæum de gentilitate reportabat, & quia sic suæ prædicationi primitias honorari voluit, secutus in hoc more Græcorum, ac Romanorum, qui à rebus præclare gestis denominabatur, ut testatur Plutarchus Coriolano, qui ait, Nam aut à virtute, aut fortuna quem

27. Lyran.

227. Pagnin. Tygurina. Syrus.

23. Syrus.

Græcus.

Tigurina.

24. Syriac.

Ve comparatur.

25. Lyran.

Caligo.

25. Arabicus.

Carelat.

26. D. Aug.

27. Quod comparatur. mag. Plutarch.